

I. N. 7.

DISSE<sup>24</sup>TATIO GRADUALIS,

DE

**POSSIBILIUM  
CONSEQUENTIIS  
NEMINI  
IMPUTANDIS,**

QUAM,

*Consens. Ampl. Fac. Ph. in Reg. ad Auram Academ.*

PRÆSIDE,

VIRO MAXIME REVERENDO atque CELEBERRIMO,

**D: NO CAROL: O  
MESTERTON,**

S. S. Th. DOCT. nec non Ph. Prim. & Ration. PROFESS.

*Publice examinandam submittit*

**JOHANNES GARVOLIUS,**

Ostrobothnensis.

In AUDIT. MAJ. Die XIV. Maji Anni MDCLXVI.

H. A. M. C.

---

ABOÆ impressit JOH. CHRISTOPH. FRENCKELL.

VIRO Consultissimo

D: NO JOHANNI  
BRINCK,

Civitatis NyCarleby Consuli æquissimo,  
Affini Honoratissimo.

Plurimum Reverendo atque Praeclarissimo

D: NO E S A V I Æ  
RAVANDER,

Ecclesia quæ Deo in Sijcavoki colligitur Pastori vigilantissimo.

Plurimum Reverendo atque Praeclarissimo

D: NO O L A O  
T U N Æ O,

Vice Pastori in Vörå meritissimo.

FAUTORIBUS

Favoris vestri in me prorsus singularis haud  
Academicum et si omni nitore destitutum  
secratum facere. Hoc ipsum ut benigne ad-  
rogo. Decetero cum serio voto onnigenæ

NOMINUM

Cultor obser-

JOHANNES

*Admodum Reverendo atque Praclarissimo*

**DNO TH OM Ä  
STENBÄCK**

*Ecclesiae quæ Deo in Brahest. & Salo congregatur  
Pastori meritissimo.*

*Plurimum Reverendo atque Praclarissimo*

**DN. MAG. ISRAELI  
ÄEIMELÆO,**

*Sacellano Storkyrâensi, Aßini Exoptatissimo.*

*Plurimum Reverendo atque Clarissimo*

**DNO ABRAHAMO  
FORTELIO,**

*Sacellano Sieviensi.*

**HONORATISSIMIS.**

immemor, non possum non specimen hocce  
in debitæ pietatis monumentum vobis con-  
spiciatis, mihique faveatis est quod enixe  
felicitatis permaneo.

**VESTRORUM**

*vantissima,*

**GARVOLIUS.**

Anke= Probstinna / subomna  
Waldia  
**Fru M A R G A R E T H A**  
**GARVOLIA,**  
Min Huldasta Moder.

En beständig omvärling af glädje och sorg, har i alla tider warit mänskligetens oundvikeliga lott. Hårfaf honwen I, min Huldasta Moder, åsven som jag inem en fort tid haft så undeliga som bedröfweliga wedermålen. Affaknaden af en kär Maka har icke kunnat förorsaka Eder mindre oro, än en huld och ömsint Faders tidiga fränfälle tilfhyndat mig sorg och bekymmer. Mitt öde skulle härigenom blixtlit mer än vdrågelsigt, om jag icke uti Eder min Huldasta Moder sunnit den som i et övverflödigt mätt relat erhåtta det jag igenom förlusten af en kär Faders omvärdnad förlorat. De vålgärningar I min Huldasta Moder mig ifrån min spådaste barndom bewist, åro i sanning så stora, at de aldrig af mig konna wederbörligen wördas, mycket mindre i sielwa werket wedergållas. De många bekymmer, som Eder, min Huldasta Morder uti en bedröfwelig enslighet tråffat, hafwa icke til det minsta kunnat ändra Edert fasta beslut at bewisa mig såmte mina mårnlösa syskon hwad som af en huld och ömsint Moder kan wántas. Uptagen fördenskul min Huldasta Moder dessa få pappersbladen såsom et ringa wedermåle at den barnsliga wördenad hwarmed jag skal framhärrda in til min död

Min Huldasta Moders

ödmjuklindigste son  
JOHAN GARVOLIUS.



Hicq[ue]d[em] n[on] oib[us] n[on] in h[ab]itu p[re]f[er]entia  
t[em]p[or]is q[uo]d s[ecundu]m d[icitur] ad t[em]p[or]is p[ro]longationem  
cum q[uo]d n[on] necessarium in certissimis rerum p[ro]curis sc[ri]bi  
de s[ecundu]m s[ecundu]m c[on]tra ad h[ab]itu p[ro]longationem  
expendit[ur]. Q[ui] h[ab]et a[cc]essu[m] s[ecundu]m s[ecundu]m  
estimandus s[ecundu]m s[ecundu]m in quatuor non dictum est  
ratiore ratiore s[ecundu]m s[ecundu]m s[ecundu]m s[ecundu]m s[ecundu]m s[ecundu]m s[ecundu]m s[ecundu]m



Alterum jam editurus specimen Academi-  
cum, non obscuram aliquam ex abditis  
Philosophiae recessibus quæstionem eli-  
gere solvendam, atque de ea operosius disquirere,  
sed potius rem omnibus valde notam & domesticam  
pro ingenii viribus breviter considerare consultius  
dux. Lubenter ingenuaque fateri non erubesco, me  
adhuc parum profecisse in vasto philosophiae campo.  
Non enim scientia hæc uno alterove anno acquiri-  
tur, verum ad eandem sibi penitus comparandam  
totus ætatis nostræ cursus non sufficit. Quid! ope-  
ram & oleum in hoc negotio perdidere ad perfe-  
ctionem scientiæ adspirantes, cum Socrate se nihil  
scire fassi sunt. A Te itaque B. L. enixe peto, ut

A

æquum

æquum & facilem Te hujus conaminis Censorem  
præbeas, & æquitate hac tua defectus suplere beni-  
gne velis. Ego interim festinationis veniam depre-  
cans, Tuam humanitatem omni, qua par est, men-  
tis veneratione exosculabor.

## §. II.

Nemini nisi in studio literarum plane hospiti i-  
gnatum esse potest, quam ad recte philosophan-  
dum sit necessarium, ut generales rerum notiones at-  
que affectiones universales diligenti cura ac judicio  
expendantur. Quid vero ideis *possibilis* & *impossibili*-  
*s*, earumque distinctione in omni non dicam eru-  
ditorum lingua, sed vulgari etiam loquendi usu fre-  
quentius, utpote quæ tam in philosophia, quam et-  
jam theologia sæpiissime adhibentur! At tamen hunc  
locum maxime lubricum esse, adeoque ad errores  
præcipitem non dubitarunt fateri magni & genuini  
Nostratium Philosophi. Non parum itaque condu-  
cere arbitror, si vera terminorum idea prius fuerit  
evoluta, quam ad ducendas consequentias, earumque  
imputationem ostendendam me conferam.

## §. III.

Intellectus Divinus distincta & simultanea est repræ-  
sentatio omnium possibilium. Objecta omniscientiæ  
Divinæ sunt itaque omnia possibilia. Si nullus es-  
set Deus, nihil esset possibile. Patet inde omnem

re-

rerum possibilitatem esse a DEO, & intellectum ejus esse fontem sive radicem omnis possibilitatis, quod saniores omnes ultro concedunt.

## §. IV.

Cum in DEO intellectum & voluntatem distin-  
cte concipere maxime necesse sit, & ex earum confu-  
sione alioquin consequeretur, quæ nimium sunt ab-  
surda, quæque omnes, quibus senior est mens, omni-  
nisu atque cura respuere annituntur: probe omnino  
tenendum est, plura dari possibilia quam quæ actu  
existunt. Hinc a mera rei possibilitate, ad ejus exi-  
stentiæ nondum concludi potest; etsi ergo intellectus  
Divinus sit fons essentiarum, hoc est mere possibilita-  
tis rerum, propterea tamen non est fons existentiæ,  
sed radix existentiæ deinde in alio attributo Divino,  
nempe Ejus sanctissima voluntate quærenda est. Quot-  
quot igitur omnia voluntati ac libero DEI decre-  
to adscribunt, non solum possibilia confundunt  
cum actualibus, verum etiam summa hoc pacto im-  
miscendo omnes veritates necessarias faciunt contin-  
gentes. Gratis igitur derivat Abelardus cum fa-  
talistis, fundamentum possibilitatis & impossibilita-  
tis a voluntate Divina, quasi vero nihil esset possibi-  
le, nisi quod Deus omnipotenti sua voluntate in a-  
etum deduxisset: *Quidquid vult facere facit: igitur*  
*non potest facere nisi quod facit, igitur possibile nihil*  
*est quod non fiat.* Igitur æque late patent possibilia  
& actualia, in praesenti quidem præterito ac futuro

*spectata.* Talia sunt Patris Abelardi tela: plumbum profecto & indigna milite Philosopho, vide Büff. comment. Philos. de origine & permissione mali §. 145.

## §. V.

Media vero via; quod tutius fieri potest, tum ire mihi videbor; si nec voluntati nimium, nec intellectui parum tribuens, arque hoc fundamento nimicus, omne id esse *possibile* affirmavero, quod nullam nec in se, nec in relatione ad causam efficientem involvit contradictionem. Est hæc definitio ita late patens, ut omnia, etiam DEUM ipsum ambitu suo complectatur. Sin vero ad creaturarum productiōnem possibilem solum attendas, aliæ omnino in promtu suut definitiones. Hobbesius atque Spinoza mecum non faciunt, dicentes nihil possibile esse nisi quod vel *actu est*, *fuit*, vel *futurum tandem erit*; adeoque *quidquid est, esse necessarium*. Has autem spumeis suis argumentis ebullientes, peroptime refutarunt Leibnitius in theodic. parte 2:da §. 172, nec non Bulffingerus in dilucidationibus suis Philosophicis §. 37.

## §. VI.

Exhibita jam possibilisatis idea ut promissi memor, per paucis etiam ad possibilatum consequentias viam pergo. Per has non sensu logico intelligo ali-

quas.

quas propositionum consequentias à scopo meo longe alienas, quæ nusquam reperiuntur, nisi in legitime colligentis intellectu. Sed unice spects consequentias rerum *metaphysice*, *physice* & *moraliter* intellectas, quæ ita appellantur, quia sub conditione possibili, aut necessario sunt, aut etiam fieri possunt, adeo ut altero possibili admisso, mox confundatur alterum, sublata vero uno, simul reliqua omnia tollantur, quæ alioquin longa serie exinde deduci possent.

XI .2

## §. VII.

Distingvuntur, quas loquor *consequentiae* in *necessariis* & *contingentibus*, suntque diversæ plane indolis ac naturæ. *Necessariae* enim præcedentem conditionem possibilem ea necessitatis lege consequuntur, ut easdem non fieri rei indoli prorsus aduersetur. Sed contra sit in contingentibus, cum hæ non necessario cogente, quæ præmittitur conditione, & sequi & non sequi possint. Ab his possibilitatum consequentiis differunt consequentiae actualium, sive hæ, quemadmodum illæ sint necessariæ, sive contingentes. De quibus agere cum nostri non sit instituti, ad imputationem ostendendam, pedem promoveo. Quod ut eo melius fiat, nec temere quid statuatur, leviter ac perfunctoria opera attingendum mihi est imputationis fundamentum.

IX .2

A3

## §. VIII.

## §. VIII.

Si quid recte cuiquam imputabitur, necesse est, primum sit *libere agens*, deinde adsit *animi intentio*. Nulla enim propior ratio reddi potest cur ali- cui actio imputetur, quam quia ab ejus arbitrio de- pender utrum ea fieret, vel non fieret adeoque pro- ejus auctore haberi potest.

## §. IX.

Hinc expeditum est, non recte homini imputari effectus naturales facultatum ipso existentium vel quæcunque naturaliter ipsi adsunt aut desunt; nisi quatenus aliquid circa ea industria atque cultura valeret. Sic quodquis corporis proprietate excelsior aliis & elatior est, nullo præconio magnopere dignum est; quemadmodum ex adverso non contemni miretur cui brevis statura, facies depressa, aut membra distorta na- turaliter & citra culpam ipsius adsunt.

## §. X.

Pari ratione effectus rerum naturalium & vege- tabilium, quatenus humanæ directioni haud subsunt non recte imputantur. Sic ergo turbulentæ tempe- states, fulminæ, turbines, tonitrua imputari non possunt.

## §. XI.

## §. XI.

Imputari quoque non possunt actiones eorum, qui usu rationis plane destituuntur; quo in numero sunt infantes, furiosi & mente capti. Cum enim nec intellectu nec voluntate recte uti queant, sed coeca ratione omnia peragant perinde est, ac si ex ignorantia invincibili actiones procedant, quæ omnem imputationem tollit.

## §. XII.

Præterea sub imputationem non cadit omissio eorum, quæ vires nostras exsuperant, atque adeo a nobis præstari haud possunt. Quo pertinet vulgata regula: *impossibilium nulla obligatio*. Cæterum distinguuntur impossibilia, ut alia *physice*, alia *moraliter* talia dicantur. Illa, sunt, quæ præstari nulla ratione queunt, si vel maxime omni nisu & contentione in eandem voluntas incumberet. Impossibilia vero *moraliter* dicuntur quorum adimpletio nullo quidem physico obstaculo intercipitur, ejusmodi tamen sunt, ut ea præstare vel indoles humanæ naturæ, vitaque civilis, vel superioris cui parere necessarium, voluntas impeditat.

## §. XIII.

Neque etiam nobis imputari potest, quales per quietem imagines phantasia figuret. Quippe in ista

formi caligine voluntatis arbitrium quiescit & cerebro turbato, mentem phantasia falsis & mendacibus visis concitat, & nunc funestas eidem & lugubres, nunc laetas species offert. Quæ cum citra voluntatis consensum fiant & ab homine averti nequeant, sub imputationem haud cadunt,

### §. XIV.

Ex hisce quæ dicta sunt, facile est intellectu, quod quemadmodum omnes possibilitatum consequentiæ hoc, quod posui, carent fundamento, ita ob omni actuali imputatione longissime abesse censendæ sunt. Possunt autem dictæ consequentiæ, sic ut supra monui, *metaphysice*, *physice* & *moraliter* considerari. Cum enim quidquid in rebus creatis deprehenditur, & tanquam conditio aliqua supponitur, aut ad earum potentiam & essentiam, aut actum aliquem & accidens, idquæ vel cum vel sine relatione ad legem spectatum pertineat; patet exinde quam adhibui distinctionem nec fundamento destitui suo. Verum enimvero, quocunque demum sensu rerum consecutiones accipias, ab iis culpam abesse reperies. Si enim ad illas, quæ metaphysicæ simulque necessariæ sunt animum advertas, tantum abest, ut creaturis assignentur, ut ne ipsi quidem DEO, sensu apud moralistas recepto imputari queant: Cum supra ostensum sit omnes possibilitates, utpote quæ sunt necessariæ & ad essentiam rerum per-

pertinentes ab intellectu Diuino tanquam unico suo fonte, non autem ex facultate libera provenire, nisi plus dari in effectu quam est in causa absurde singere lobet. Si etiam contingentes easque triplici illa quam dedi, significarione acceptas intueri velis, haud aliter profecto de his erit statuendum. E-  
nīm vero nec ipsae quidem consequentiæ, nec quæ supponitur conditio possibilis in nostra posita sunt facultate, quo minus ita se habeant: Etsi quæ præmittuntur possibiles conditiones a criminis libe-  
rentur, non possunt earundem consequentiæ multo magis culpa vacare contra autem consecutionem actualium in primis si necessariæ sunt, alia est ra-  
tio. Cum enim quod antecedit est liberum, &  
quod consequitur nec essarium, recte colligimus,  
qui vult antecedens, eum velle etiam debere ne-  
cessarium ejus consequens. Sic qui vult malum  
*mōrāle*, vult etiam malum *physicū* in tempora lon-  
ga serie invicem sequentia sēpe exporrigendum:  
Vel quod eodem tendit, qui vult peccatum, vult  
etiam Summi Numinis offenditionem, cuius tanta est  
justitia ac sanctitas, ut non possit non malum  
semper paversari, cumque ardentius illud amoliendi  
studio fastidire. Qui justitiam DEI ledere non du-  
bitat vult etiam justissimo huic scelerum vindici-  
pānas dare, quoniam in DEO magnæ esset im-  
perfectionis argumentum, si prius creaturas quam  
justitiæ suæ aliquo modo esset satisfactum, permit-  
teret culpam semper impune auferre. Jam autem  
si valeret in possibilium consequias, ubi libertas

& intentio, sicut necesse est, non adest actualis, multa exinde sequerentur quæ auribus animisque bene de rebus sententium essent absurdæ. Aut (e-  
nem quodimpium est dictu,) DEUS auctor foret peccati, in quo omnium rerum non solum possi-  
bilitas, sed etiam actualis existentia fundatur; aut hominum primis non modo adhuc non existenti-  
bus (quod posteris ipsorum quoque accideret) ve-  
rum etiam in statu felicissimo constitutis culpa ante imputata fuisset quam esset commissa. Atque sic sancti & honesti in omnibus vitæ partibus tuis-  
sent, nec tamen integri vitæ scelerisque puri.  
En manifestam contradictionem. Imo vero po-  
sita consequentiarum quæ necessariæ sunt, im-  
putatione, nemo esset cui æterna post mortem sa-  
lus non omnino esset desperanda. Sin autem ab his descendens contingentes spectaveris erit quidem spes aliqua salutis sed dubia valde atque incerta, adeo ut nemo tam sit pius, quin extremo vitæ pe-  
riculo expositus maximam dubitandi rationem habeat numne si diutius vivere contingat fidei jacturam facturus sit, impiam sic vitam cum morte commu-  
taturus sit Contra ea improbissimus quisque spe non modo longioris sed, etiam melioris vitæ; (quæ in numero perfecte impossibilium nunquam haben-  
da est) summa quævis etiam ultimo temporis pun-  
cto sibi promitteret; quamvis animam detestandis conspurcatam flagitiis, nunc jam efflaret, Quod si ita esset hæc profecto doctrina, hinc supinam sa-  
lutis negligentiam syadens, illinc vero præcipitem  
ad\*

ad desperationis baratum viam aperiens, plus danni cum Philosophia morali, tum saniori Theologia afferret, quam ut absolutum electionis decretum, aut impium de universalis de omnium in integrum restitutione multorum figmentum, aut denique hypothesis illa periculi plena, de absoluta ac necessaria cunctarum rerum præordinatione. Quapropter satis hinc, opinor, manifestum est, nec illas nobis imputari possibilium consequias.

### TANTUM.



*Philosophiae CANDIDATO*

**Dn. JOHANNI GARVOLIO,**

morum concinnitate atque eruditionis laude  
clarissimo.

Amico atque conterraneo honoratissimo.

**V**erum & genuinum amicitiae haud fucatae indi-  
cium merito censetur, ubi alterius alter æque  
ac sui ipsius delectetur felicitate. Cum itaque, Te  
Amice Dilectissime opus conatu & eventu felicissi-  
mum in lucem proferre scirem, non minus lætatus,  
sum, ac si meus hic ageretur honor. Etenim a te-  
neris inde annis in Te alterum habui eundem. Tuam  
fidem, Tuamque integritatem innumeris tere rerum  
testimoniiis comprobatam reddidisti. Cum vero plu-  
ribus nominibus obstrictum me sentiam, & in ami-  
citia vinci turpissimum judicem, ne dubites, quin  
fausta atque felicia, quot quantaque Tibi demum  
contigerint, votis tamen meis respondere minime  
posse, Sic animi affectu, quam verborum adpara-  
tu pleniori gratulari voluit debuit

TIBI

*Obstrictissimus,*  
**JAC. RAVANDER.**